

um conducere videbant affectibus auditorum deliniendis, aut conciliandæ benevolentia. Atque eiusmodi quidem ambitiosa & leues rhetoricationes ut perpetuò Græcis fuerunt familiares, ita potissimum eo tempore, quo Apostolus ad Corinthiorum Ecclesiam vel colligendam, vel amplificandam, & confirmandam diuinitus mittebatur, Pseudo-apostolis, qui ecclesiam illam valde exercuerunt, usurpabantur. Cui malo obuiam iturus Diuus Paulus, eiusmodi rhetoricen procul iubet facessere; utpote quæ sese Græcorum, nescio quibus speciosis commentis, & verborum ac sententiarum meretriciis pigmentis iactabat, simplicitatis & humilitatis Christiana, id est, crucis Christi inimica. Alia longè est vera illa & genuina rhetorica ecclesiastica; utpote quæ doctrinam de lapsu hominis, de natura deprauatione, de ira diuina aduersum peccata magnitudine, de cruce, deque morte Christi, de afflictionibus Christianorum in tantum non dissimulat, aut fucatè pingit, ut potius omnibus expeditis artificiis, quàm potest maximè exaggeret, talemq; omnino, qualis in sese est, claram, perspicuam, & lenam auditoribus proponat;

ponat;